

Werk

Titel: Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossettv[m] Episcopvm faventinu

Jahr: 1646

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN367611805

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

LOG Id: LOG_0027

LOG Titel: De Percnoptero. Cap. X

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN367611716

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

DE PERCNOPTERO.

Cap. X.

Lib. 9. Hist.
cap. 32.

PERCNOPTEROS ob ignauiam & deformitatem Aquilarum omnium vilissima, & dege-
ner maximè, in sextū, quas quidem Aquilæ nomine Aristoteles dignatur, eumq; vltimum
locum meritiò reiecta fuit, ut in qua præter nomen nihil sit Aquilinum, alioquin Offisragæ, imò
Vulturibus etiam postponenda.

SYNONIMA.

Etymologia

Calij error.

Lib. 6. An-

tiq. lect. ca.

29.

Iliad. Ω.

Gypaëtos.

Subaquila.

Hypaëtos.

Γρυπαῖος.

τος.

In Anib.

Oripelargus

Ciconia

montana.

Lib. 2. cap.

589.

Rachame.

Rocham.

Aemon.

Li. 1. de A-

nib. c. 9.

Buse Bu-

sard.

In Rend.

PERCNOPTEROS Aristoteli hæc Aquila vocatur ab alarum notis, ut Gaza sentit, ac de
suo addit. Ego malim dicere ab alarum colore. Περνος enim tum simpliciter nigrum,
tum nigro colore distinctum Grammatici interpretantur. Alia autem ab hac Aquila est
Percnos, & de qua superiori capite egimus. Percnos enim eodem per totum corpus est, colore
quo hæc in alis tantum. Vnde falli Cælium patet, qui eandem esse Percnopterum existimata
cum ea, cuius Homerus meminit, quæque reuera Morphnos est, seu Anataria. Istæc verò
alio nomine Gypaëtos Philosopho nuncupatur, id est, Aquila Vulturina. Porro ubi apud
Aristotelem Γυπαῖος legitur, voce composita à Vulture & Aquila (quod, etsi Aquilæ ge-
nus sit Vulturem tamen & corporis specie & ignobilitate præse ferat, ut Aristoteles ipse inter-
pretatur) Gaza tamen ὑπαῖτος legit. Verit enim Subaquila. Neque tamen hæc nomina huic
malè conueniunt, ut & Hypaëtos & Subaquila dicatur, seu spurium Aquilæ genus, & reliquis
Aquilis nobilitate inferius. Gypaëto vicina est vox Γρυπαῖος apud Aristophanem, quod scholia
interpretatur insignia scutorum, quia in his Aquilæ depingi solent. Sunt quidem Aquilæ
omnes γρυπαῖ, id est, rostris recuruis, vnde & Gyphe dictæ videtur, & nasum Aquilinum ple-
riq; cognominant, quem Græci γρυπὸν. Aegyptios ex ipsa nominis cōpositione, partim ad Vul-
tures, partim ad Aquilas pertinere videtur, ut eadem cum Gypaëto existimari possit. Deniq;
Oripelargus Aristoteli & Plinio Græcè dicitur, ob pennarum colorem in alis quidem nigrum,
reliquo corpore albicantem. Hæc vox Latine Ciconiam montanam sonat. Arabicè ab Au-
cenna Rachame dicitur, ut Ornithologus autumat. Eius sententiam etiam approbat Andræas
Bellunensis, cum ait: *Alrachame est Avis magna sicut Miluus, plumis corporis albis, & pennis ala-
rū nigris, edit carnes putidas & similia;* quibus verbis haud dubiò nō aliam, quàm Gypaëtum
describit. Malè igitur Syluaticus & vetus Auicennæ Glossographus (apud quos pro Alrachame
corruptè legitur Arathamati, Aracamati, Akkamati) exponunt Auem, quæ dicitur frangens
ossa, id est, Offisraga. Hebraicè secundum quosdam dicitur Rocham. Αχμων genus Aquilæ
apud Varinum exponitur, quæ vox ab Hebraica Rachame, vel Rocham facta videri potest.⁴⁰
Gallicè ex sententia Beillonij vocatur Buse vel Busard. Subaquilum pro subfusco Plautus dixit.

Eta corpus huiusmodi Subuoluturium?

Illud quidem Subaquilum volui dicere.

FORMA. DESCRIPTIO.


9. Hist. c. 32

Li. 10. c. 3.

Magnitudo.

Rostrum.

DE figura Gypaëti Aristoteles ista predit. *Aquila, inquit, genus quod Percnopteros ap-
pellatur, capite est albicante corpore maiore, quàm cætera a huc dicta sed breuioribus
alis, longiore cauda, Vulturis speciem refert, idè Subaquila, & montana Ciconia*⁵⁰
cognominata. Eadem ferè Plinius, sed accisa; *Percnopteros*, ait, in Aquilarum genere, e-
adem Oripelargus, Vulturina specie, alis minimis, reliqua magnitudine excellens. Vnde ex
utroque colligitur, hanc Aquilam omnium, vna Chrysaëto excepta, esse maximam: His
profectò non malè respondet, quam aliquando vidimus ex Hispania allatam, cuius iconem
primo loco collocamus, Aquilæ Vulturinæ descriptio, quæ talis est. Insignis magnitudinis
est, imo Chrysaëto non multò minor, sed insolentis & ridiculæ speciei. Rostrum non ut cæ-
teris Aquilis sensim ab initio ad finem vsque continua decliuitate inflexum, sed medio ferè
tenus rectum, deinde extremo in vncum insignem curuatum, eo quo Vulturibus modo prius
cipio



Os.
Oculi.

cipio iuxta fronte album, nigrum cetera. Inferior mandibula tota alba est. Oris tunc coloris ca-
stanei. Oculi non ut quibuldam alijs Aquilis, nide charopa, sed subalbida, pupilla nigra. Ca-
put totum subalbidum est, ad fuscum vergens. Collum dimidia ferè parte, eaque superiore cal-
uum propemodum, & paucissimis, isque ex illis plumulis confusum, candicans. Ad huius cal-
uitij finem, medio propè collo inflat polorum quorundam hirsutorum ac crisporum, plumulæ
veluti seta oblongæ ac tenuissimæ supra cæteras plumas extabant. In pictore item & ceteri
initio similia plurimarum capillamenta prominebant, aduersis planè locis, nec non ad inferius
vropygium. Intergo veluti cucullus quidam, ad medium vsque protensus, in acutum finem,
velut in triangulum desinebat. Corporis totius color ex castaneo obscuro ad nigrum vergebat.
Cauda longa, Pedes albi, tibiarq; Vngues fuscii. In hac itaque & magnitudinem eximiam, & 10
Vulturinum habitum, næcum quoque in capite album, quem Aquilæ Vulturina Aristoteles tri-
buit, obseruare licet.

Tergus.
Color.
Cauda.
Pedes.

Magnitudo.
Rostrum.

Perillustis D. Pompeius Aldrouadus Comes Viani, nostræ Urbis Senator amplissimus, con-
sanguineus meus Aquilam, quam secundo loco pro Gypæto exhibeo, à rusticis in montibus
alpestribus oppidi Guiliæ in comitatu Herculis Aldrouandi patris sui pariter Senatoris capiti
delineandam dedit, quam simulatq; ad me iussu illius perducta esset, ex primo statim intuitu è
Gypætorû genere esse iudicaui, eiq; in multis non dissimilem, quam ex Ornithologo haud ad-
modû scitè depictâ quarto loco dabimus. Longa erat ab extremo rostro ad vltimâ vsq; caudâ
commensurata spithamas tres. Rostrum oblongo, sed plarima sui parte tunica tecto, seu mem-
brana, ita vt tantum pollicis mensura rostrum extremum eadem nudum esset, vncò exiguo, te-
nui. Caput ad occiput vsque caluum, capillitio plumarum destitutum erat, ita vt pennæ post
verticè surrectæ cuculli, quem monachi ac proficiscetes cum caput aperiant, in ceruicem re-
ducunt, speciem exhiberet. Color pennarum ferè omnium totius corporis fuscus erat ad ca-
staneum vergens obscurum. Velum hunc ferè alibi perpetuum distinguebat in vltimo collo
albicantium nonnihil ordo continuus, angulum acutum in dorsum exeuntem constituens, qui
veluti cuculli humeris inducti basis erat acuminata intergum propendens. Altera item huic
non absimilis plumarum candicantium series dorsum totum inferius versus alarum complica-
tiones in acumen fastigiata medio, ex concurrentibus in apicem lineis vtrinq; obliqua, com-
positum determinabat, quod quidem pallij quandam imaginè præ se ferebat. Cauda lata, me-
diocris. Pedes fuscii squammis continuis per totum tecti. Vngues rostro concolores, cornei, fu-
sci. Plumæ femorum vltra poplites non perungebant. Contrectari faciliè se passa, vnde igna-
uiam conijcias. Vocem irritata edebat Milui. Quare habitus deformis & pusillanimitas Aquilam
degenerem arguunt.

Caput.
Color.

Cauda.
Pedes.

Lib. 2. ca. 9.


Quam tertio loco exhibemus figuram, Bellonij est, nempe paucissimis ab eo alioquin de-
scripta verbis, & Auis illius, quam Galli Buse seu Bufard vocant. Hanc enim esse vult Percno-
pteron, quodd omnium, quas ipse viderit, ignauissima sit, Buteone multò maior, nigro colore,
instar Aquilæ nigræ, alis breuib; longiore cauda. Verum cum addat, Bufardum Gallorum,
Cuniculorum viuaria depopulari, Aibus aquaticis insidiari, in fipibus item & dumetis propter
pagos, Gallinaceos deprædari, licet id eum non aliarum Aquilarum, seu rapacium more dicat
facere, nempe inter volandum, sed quodd ex arbusco seu dumeto quopiam humili velut ex infi-
dijs in illos prærupat, itaque is Aristotelis Gypætos, qui illi ad victum venatione comparan-
dum ineis est, & sola Aquilarû corpora fert exanima, esse non potest. Si enim pisces capere &
Gallinacea ignauia est, certè Halæetus, aliæq; similiter Aquilæ ab hoc vitio immunes minime
dici poterunt. Per me ramen vnicuiq; suum esto iudicium.

Magnitudo.
Forma.
Vitus.

Eius verò, quam ex Ornithologo quartam locauimus, ipse hoc modo describit: Aquila ista,
cuius figuram damus, inquit, si non est Gypætos vel Oripclargus, saltém ex altero parente,
huius generis Aquilæ nata videri potest. Nam rostrum Vulturem, colore Ciconiam refert, igno-
bilis & ignaua. Nostris aucupibus ignota est, nunquam ad nos, quod sciam, capta. Sed anno
salutis nostræ 1551 Septemb. die 29. cum nix insolita caderet, huius generis Auis alis grauis
madidisq; in locum sub dio angustum, cuius cuiusdam ædibus adiunctam, incidit. Per omnia
referebat Ciconiam forma, & coloribus. Carniuora erat, pisces non attingebat: frigoris impar-
tiens; corpore intensè calebat; ita vt tangentium manus frigidæ mox incalecerent. Quatuor
aut quinque horis vno loco immota sedebat, & solem aliquando splendentem intuebatur. Gal-
linæ & Aues innocuam oderant. Illam plus mense domi alui, cibum manu præbui, & quibus bo-
lis vorauit, frustra vnguibus decerpit, & cum non biberet, ex rostro stillas aqueas emittebat.
Tandem inter Falcones ad Magistrum equitum Galliæ deportata est. Hactenus Ornithologus.







L O C V S.

INCOLIT Percnopteros lucos & plana vt plurimùm: quandoq; tamen montes, vnde montana Ciconia Aristoteli cognominatur. In Syria abundat hoc Auis genus, & in Aegypto.

G E N E R A T I O.

FABVLOSVM quidem est, quod Aelianus, nescio quo autore, narrat. *Pulsures, qui medijs sunt inter Pulsurum genus & Aquilarum, esse tum nigras colore audio, & nidos extruere, in quibus non oua, sed pullos statim pariant.* Res monstruosa & inaudita: nates Aues parere, & viuos statim præter morem reliquarum Avium: Cautus tamen in hoc Aelianus, quod audisse se ab alijs dicit, non astituit.

I N G E N I V M . V I C T V S .

IMBELLIS ac degener, nec vitij caterarum, vt inquit Aristoteles, caret, & bonorum, quæ illæ obtinent, expers est, vt quæ à Cornu, caterisq; id genus alitibus verberetur, fugatur, capiatur. *Gravis enim est, ac ad rapinam iners, sola Aquilarum corpora fert exanima.* Et ac facit, inquit Plinius, vt quoniam genus *Gneison* vocetur, velut verum, solumq; incorruptæ originis. Eadem familia ac ieiuna semper est, avida & querula, clamat & clangit. Muribus quoque vitatur, si Bellonio credimus, qui in suis singularibus circa Gazaram Aegypti urbem tantam murium copiam esse scribit, vt nisi Percnopteri adessent, ijque permulti Gallis Boudres dicti, à quibus deuorantur, periculum foret, ne fruges omnes à muribus confunderentur.

Lib. 9. Hist. cap. 32.

Lib. 10. c. 3.

V S V S.

Lib. 2. cap.
589.

GYLLIVS Perdicor heron Apollinis ministrum esse scribit, Accipitrum & Aquilarum genera enumerans, vbi fortè debet Percnopteros legi. Auicenna remedia aliquot ex felle Auis Rachame, quo nomine Percnopteron Arabicè vocari in Synonimis diximus, describit his verbis: *Rachame fel distillatur cum oleo violaceo in auribus dolorem. Fit ex eodem caput purgiam medicamentum pro infantibus (pueris opinor) aut infunditur in naves eorum, ut flatus inclusi dissoluantur. Fit etiam ex eo Alcohol ad leucoma seu albuginem oculorum cum aqua frigida. Filius Alpatrich docet fel huius Auis extecari in vase vireo in umbra, fieriq; inde alcohol in latere moris viperæ, quod non est verisimile. Aliqui experimentum nrius prædicarunt ad venenum scorpij & viperæ maioris per illinitionem. Finas Rachon, si suffatur, scutum expellit, ut ex Dioscoride Serapio testatur, qui finum Gypos, id est, Vulturis idem facere testatur.*

Finus.

DE OSSIFRAGA.

Cap. XI.

In Mirabilibus.

Li. 10. ca. 3.

ETIAMSI Aristoteles Ossifragam inter Aquilas non recenseat, sed seorsim de ea tractet, tamen non potuimus adduci, quin & hæc ipsi locum etiam infimum, veluti adulterina, assignaremus. Nam vel ipso Aristotele teste, ex Halætis nascitur. Plinius Aquilam eam vocat, & Aquilarum catalogo etiam ascribit, vbi ait. *Quiddam adiungunt genus Aquile, quæ barbari vocant, Tuscii verò Ossifragam.* Cognatum enim, ut idem asserit, Aquilis genus est. Demum ob insignem pietatem, erga prolem non modo suam, sed & alienam, eorum tamen Aquilarum tantum ab ijs excludi nequit, quam eiectionem excipit, & cum suis educat, conficia cognationis, quæ ipsi cum illis intercedit. Quod ipso insigni paterni affectus officio, reliquis omnes, quotquot sunt, Aquilas longe superat. Adde quod neque magnitudine corporis, neque robore, neque actionum præstantia, Aquilarum cuiquam, si Chylæon & Valeriam excipias, cedere videtur. Sane si Onipelargum vel Percnopteron in Aquilarum gregem admittimus, quam & ignauiores, quam Aquilam decet, & degenerem, ac tantum non Vulturem omnes facientur, potiori sane merito ab Aquilarum numero minime eximenda Ossifraga videtur. Non enim pisces solum, ut Halætus, sed animalia etiã & grandiuscula capit, a quibus trucidatis & ossibus eorum confectis nomen inuenit. Neq; hinc ob stare debet, quod ex Halætis nasci dicatur. Eas enim etiam ex diuerso Aquilarum coitu genitos, Aquilas tamen nemo vnquam negauit. Quin etiam cum Aristoteles discretè tradat, solam Gnesiam seu Chylæum veri & incorrupti ortus credi (cetera enim genera & Aquilarum & Accipitrum & minutarum etiam auium promiscua, adulterinaq; inuicem procreare) quæ causa erit, ut ex Aquilarum albo Ossifragam ponamus, quam alia quamuis, etiam spuria sit, extirpemus. An verò ob solam oculorum visus imbecillitatem, quæ alia, præsertim verò Halætus, pollent, ea speciem mutare & ab Aquilarum familia abdicari debeat, cum alioquin & forma & cæteris omnibus Aquilam referat, alij viderint; præsertim verò cum Aristoteles minime de hac, quod interdum non cernat, sed noctu venetur, ut de Noctua & Cicoma capite eodem fecit, tradidisse legatur, licet oculis parum valere dixerit. Sed ut verum sit Ossifragam non nisi sum nocturne & vesperti, ut suo loco dicitur, venari, non ideo inter Nocturnas censenda erit; nam & Aquilæ teste Plinio, à meridiano tantum tempore ad venatum procedunt, adeo ut Biliolus non sit veritus dicere, Chylæum in obscuro prædam quærere. Verum hac de re, quod cuique lubet, sentiat.

Etymologia

Ortus.

Li. 9. Hist.

cap. 32.

9. Hist.

cap. 34.

Lib. 10. ca. 3.

